

*notata est in Libro Magno Ducalis Cancellariae ad chartas XXXI, que talis est.*

Capta in in M. C. Millesimo trecentesimo vigesimo secundo die tertio Julii. Cum Dominus Dux vellet facere providere Clericis pro facere Officiari Ecclesiam S. Marci, & Procuratores de hoc se excusarent propter suum Capitulare , dicentes , quod debet ei dici per M. C. & D. Dux fecerit legi certa Capitula suæ promissionis Consiliariis suis, dixerunt omnes sex in concordia , quod per formam suæ Promissionis ipse D. Dux potest & debet pro bono & statu Ecclesiæ facere expendi , & facere quidquid vult . Sed D. Dux nolens adstringere Procuratores ad aliquid , de quo dubitarent per suum Capitulare , voluit quod hoc poneretur ad M. C. quod addatur in Capitulare Procuratorum , quod quandocumque D. Dux dicet eis pro bono statu dictæ Ecclesiæ S. Marci ipsi faciant aliquas expensas , teneantur & debeant eas facere , sicut ipse D. Dux ordinaverit eis , & si Consilium vel Capitulare est contra , sit revocatum quantum in hoc .

949.) *Sequitur ad hac , videlicet .*

*Ordo constituendi Custodes S. Marci .*

*In millesimo trecentesimo vigesimo secundo , in Commemoriali secundo Ducalis Cancellariae pag. 123.*

In Dei æterni nomine Amen . Anno a nativitate D. N. J. C. millesimo trecentesimo vigesimo secundo , indictione quinta , die XXIII , intrante mense Augusti , in Camera Cancellariae Ducatus Venetiarum .

¶ *L'intrante prova errore , e debb' esse XIII.*

Cum inter Illustrem D. D. Johannem Superantio , Dei gratia Venetiarum , Dalmatiæ atque Croa-